



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

55. Mortuos vlcisci viuoru[m] iniurias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

enim quisque runc ad negotia & hilatates adiiciens animum fuit  
desit, didicique aduentum Partum haudquam siccitate a cœlo  
vindicari; sed à vero Deo optatis pluviis fortunari, cœlo donec  
appellerent suspenso, ad eorum appulsum cogente mox nubes, & vber-  
tim profundente. Quæ ratio perceptu facili, non omnem tantum  
de Partibus Regi exemit dubitationem, sed fecit etiam illi cariores.  
Et quia metuerat ne Lusitani mereatores eorum offensi exilio, si  
portibus abstinerent, maiores in modum gauisus est conspecta-  
nui quæ Patres aduexerat, ciusque Præfecto viro piissimo inservi-  
vsum commercij mutui non fore perpetuum, nisi Patres licetet ha-  
bere comites nauigationis, & deprædicanti eorum merita; responsi  
fore sibi gratissimos; visendi officium vtero iis oblatum, benignus  
misit, & coram dutiis quæ præter illorum merita, suamque in  
illos benevolentiam vslus fuerat anno precedente partim excusat,  
partim etiam culpavit; verum plenissima satisfactio deletam vo-  
luit eius memoriam statione scilicet in regno firma, facultate proli-  
xa ædificandi cum domo templi, & Euangelij prædicandi, quin  
plurimos possent initiandi sacris Christianis, optandi denique si quid  
ab se pæterea cuperent, sed concessis abundè contentos humanissime  
dimisit. Hinc Buzomius Nuocomam reuersus dum cœpta promovet fa-  
data Christianitatis, & duos recens aduectos comites, instruendos cur-  
rat Cocincinensi lingua, orbatur illo tam sibi addicto, vrbis eius Pra-  
fecto quem repentina mors, seu morbo seu veneno icatum, vt tetigis  
abstulit. Cauti sapiens Deus ne incrementa legis Christianæ & vnius  
idolorum, vnius hominis fauori tribuerent ethiaci. Mense Julio super-  
ioris anni pompam instaurarat, qua inuestos elephantis Patres om-  
num miserat ad cunctam, quam sibi non pridem constructam iis do-  
nauerat; sportulam ex aula perpetuam accipiebant ab eo in meatus  
singulōs; gaudebat audire illorum pater, quod illuc tantum est amo-  
ris tamque insolens pignus, nihil ut posset ex eo desiderari maius,  
nisi ut fieret Christianus: quod autem illuc error communis sit, via  
functos, mortalius cura, iucundè aut secus affici, redireque ad suos,  
& illatis morborum, inopias, funerum, aliisque calamitatibus personas  
à filiis vxore & nepotibus exigere, si quid de anno exequiarum vita  
neglexerint, vel intercepta quæ inchoauerant, & perficere auctane  
opera, non sategerint optato sibi sine absoluere; ob hæc Ondelinus  
defuncti Præfecti natorum manes, ut paternos manes sibi totique  
familiae haberet propitios, in patris erga nos benevolentia, amore  
tum ipse, tum fratres, & propinquai omnes stetere immobiles. Quare  
quam Ondelinus iam per se illos summe diligebat, & suspiciebat  
Buzomium maximè, iisque se dederat in fratrem; quod parentes, aiebat  
dum viueret, dici pater illorum annuisset. Huius vero amoris speci-  
men primum dedit, cum patris obitum improuisum iis haud minus  
quam ipsi luctuosum acerbè dolentibus, egit officij gratiam, confi-  
mauitque,

<sup>15-</sup>  
Mortuos v-  
elisci & viuorū  
iniurias.

mauitque, se viuo nihil vñquam desideraturos, quod potuissent à patre obtinere; ad extreum duobus elephantis splendide phaleratis, magna stiparorum frequentia remisit domum, quo genere honoris, & benevolentiæ argumento, nostrorum sedes euasit firmior, & fidei sacræ authoritas venerabilior. Dùm verò illic Pinna, & Borro linguam discunt, eandemque perficit ac polit Buzomius; Marchesius Faifi Iaponum saluti acriter insudat fratre Socio eiusdem nationis, erat enim Iaponibus incolis vrbs frequens, aduenásque interdum ad mille numerab quos annuæ ad quæstum excibant nundinæ. In iis ethnici complures; multi apostatæ, quos tyrami metus in desertionem præcipites egerat; reliqui baptismum, & fidem retinentes, cœtera ethnicis prope pares, periuri, quæstuum iniquorum, & concubinarum amoribus perditæ, quodque Iaponibus generositatis deputauatæ vitium est familiarè nimis & proprium, vindictæ implacabiliter appetentes. Morborum tot tamque grauium curatio sedula duorum qui Faifi erant laborem industrium fatigauit, postea etiam aliorum, quos Deifusamæ crudelis impietas ideicō exilio damnarat, vt exularet cum iis è Iaponiæ Chriti fides. Redibant ex iis subinde Faifum cum Macaensibus Lusitanis, vt vario schemate personati, mercatorum, militum, nautarum, penetrarent se in Iaponiam ignoti; ventos illuc, & naues dùm præstolarentur, Iaponibus Faifi sese strenuè commodabant, eoque libentius & fructu maiori, quo erant in eorum lingua apprimè versati. Templum ergo imprimis Faifi positum, habitæ conciones, malis præseniis sanandis appositæ, reuixit emortua multorum pietas, excitati sunt ab infami lethargo, religiosi sensus vitæ innocentis quam in Iaponia sub Patrum exegerant disciplina, redibant ad mentem desertores, & multis cum lachrimis, cognataque Iaponij animi celitate sistebant se Patribus: haud tamen ante Sanctorum cœtui restituebantur, quam eruditentur denuò fidei rudimentis, tametsi Iapones non tam ignoratio diuinorum, quam calamitatuum metus, & tormentorum atrocitas deiciebat ex gradu fortitudinis Christianæ. Vniuersis demum integrè persanandis ita est consultum, vt se Faifus ab ea quæ fuerat planè diffusilem gaudens miraretur, ethnicorum verò qui ex Iaponia Faifam commeam, quadraginta solenni baptismo lustrati sunt, & summus nauium Præfetus quæ anno sæculi decimo nono appulerant Regem adiens Cocincinæ, immortales ipsi testatus est gratias, Iaponensis Ecclesiæ nomine, ob impensum Patribus amorem, suscepitque se, & omnes Lusitanos fore illi omnium debitores quæ Patrum causa præstare dignaretur. Perspecta inde nostrorum paupertate, quæ rerum omnium egena, nihil à quoquam rogabat subsidij; per se ipse ab inferioribus Præfectis ipsisque aded ab idololatriis corrogauit iis largam stipem, ad quam etiam Sinicorum illic gubernator se benignissimum præbuit. Huius anni fructam solito plenioram, auxit magno prouento iubilai sacri denuntiatio, cuius beneficio fruituri, per infestissimos typhones, Taifum plurimi concurserunt,

16.  
Faifi Iapones  
strenuè in-  
vintur.